



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt

Rolevinck, Werner

Köln, 1865

Capitulum 2. De legatione Westphalorum per orbem. / Capitel 2. Von der Westfalen Aussendung in die Welt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9126

ecclesias fabricare, quam cum hac paupercula miserabile illud exilium tolerare.

Haec paucula de apostolicis exercitiis sint dicta, ut, qui maiora potest, deo gratias agat, qui vero nondum potest, ista ante oculos ponat, donec patria aemulatione proventus ad sublimiora conscendat. Gratiore enim nobis exempla sunt, quae paterna traditione veluti hereditario iure ad nos perveniunt.

Capitulum II.

De legatione Westphalorum per orbem.

Usque modo quasi serius de statu Westphaliae locuti sumus, sed nunc more eutrapelorum aliqua solatio apponere placuit, quae iocunde velut in orbe pro taedio sublevando narrantur. Mos olim provinciarum fuit, legationes per mundum de suis disponere, ut aut amicitias facere aut renovare factas curarent. Haecque ad secularem statum pertinere videntur, in quo nostra Westphalia si quid profecit benivolenter explicabo. Proverbium vulgi est: Praevium pactum excludit futurum litigium. Forum igitur hoc soliosum deduci nolo in contentiosum, sed excludere volo tacitam opinionem, quae hac serie cepit originem.

Presbyter quidam in ambone, ut populum laetificaret, talem finxit parabolam. Dicite mihi, ait, quare Westphali sic dispersi sunt per orbem terrarum. Tacentibus illis sibi ipse respondit, dicens: Audite, et ego vobis causam reddo. Aliquando, dum staret coram domino Sathan, quaesivit unde veniret. At ille cum se diceret circuisse terram, iterum ait dominus: Considerastine populum Westphalorum durum et inconvertibilem ac omnibus

haut, als mit diesem armen Mütterchen eine so traurige Verbannung ertragen zu haben.

Dies wenige mag von den apostolischen Verrichtungen gesagt sein, damit, wer Größeres vermag, Gott dank sage, wer es aber noch nicht kann, es vor Augen behalte, bis er durch angeerbten Wettstreit gefördert zu höherem emporsteigt. Denn angenehmer sind uns Beispiele, welche durch väterliche Ueberlieferung und gleichsam durch Erbschaft auf uns kommen.

2. Kapitel.

Von der Westfalen Ausfendung in die Welt.

Bis jetzt haben wir etwas ernst von dem Zustande Westfalens geredet, aber jetzt wollen wir auch einiges zur Kurzweil hinzufügen, um auf angenehme Weise, wie es in geselligem Kreise geschieht, durch ein Märchen der Langweile abzuwehren. Einst war es in den Ländern Sitte, daß man diesen oder jenen seiner Angehörigen hinaus sandte um entweder Freundschaften zu stiften, oder schon bestehende zu erneuern. Das scheint sich mehr auf den weltlichen Zustand zu erstrecken, und wie es damit in unserm Westfalen ausah, will ich mit Vergunst erklären. Es ist ein alltägliches Sprichwort, daß ein vorgängiger Vertrag einem künftigen Streite vorbeuge. Darum will ich nicht, daß die Kurzweil zu Unfrieden Anlaß gebe und daß man im Stillen etwa mir übel auslege, was in folgender Weise stattgefunden hat.

Ein Geistlicher trug einmal, zur Erheiterung seiner Zuhörer, auf der Kanzel folgende Parabel vor. Saget mir einmal, sprach er, warum sind die Westfalen so in alle Welt zerstreut? Als alle schwiegen, antwortete er sich selbst, sagend: Nun, so höret zu, ich will euch den Grund angeben. Einst, als Satan einmal vor den Herrn trat, fragte ihn der Herr, woher er käme. Satan antwortete, er habe sich auf der Erde herumgetrieben. Sprach wiederum der Herr: „Hast du auch das Westfalenvolk gesehen, das harte, unbefehrbare und allen Gläubigen so

fidelibus molestum? At Sathan: Consideravi; sed si mihi dares ipsum, amplius tibi molestus non fieret. At dominus: Do tibi, ita tamen ut extra mundum ipsum ducas. Egressus Sathan laetus et alacer magnum saccum praeparavit, in quo omnes Westphalos ligans per aera volare coepit, ut eos extra mundum transportaret. At illi suspectum negotium sentientes rauco murmure se cohortando gravem molestiam ductori suscitaverunt, ita ut in monte quodam prae lassitudine saccum deponeret. Terram igitur tangentes illico coeperunt disrupto sacco aufugere, ut nullus recordaretur sui proximi, sicque factum est, ut per totum orbem dispergerentur. Redeunte autem Sathan ad dominum, increpavit eum, dicens: Quid est, quod facere voluisti? Ego tibi Westphalos dedi, ut ipsos extra mundum duceres, et tu e contrario illos per totum orbem dispersisti. At ille: Domine, ne imputes mihi. Tu nosti populum istum, quod durae cervicis sit, et neque te neque me audire volunt. Ecce ego eum reddo tibi. In manibus tuis est, utere eo, ut libet.

Haec fabula si aliquid veritatis habere potuisset, non de fidelibus, sed de olim incredulis accipienda esset. Sed ego aliam causam reddo. Scriptum est: Coelum coeli domino, terram autem dedit filiis hominum. Cum ergo Westphalia generosa sit et plures gignat proles, quam nutrire possit, consequens est, ut ceterae terrae in possessionem ei cedere debeant, donec sufficiant pro nutrimento earundem. Merito igitur legatos suos in orbem mittit, ut consulendo et operando suas hereditates expediat, ne torpore aut ignavia incolarum marcescant.

Hi autem legati sunt in triplici differentia, videlicet opulenti, mediocres et pauperes. Primi sunt, qui delicate nutriti secum extra patriam bursas ferunt auro stipatas, de quibus nihil magnificentum loquendi sermo ministrat. Non enim mirum est, si tales crescant in sublime, quanquam plures eorum maneat Johannes in

lästige?" Und Satan: „„Ei ja wohl hab' ich es gesehen; wenn du es aber mir gäbest, dann sollte es dir nicht mehr zur Last fallen.““ „Nun, ich geb' es dir, doch unter der Bedingung, daß du es aus der Welt hinausschaffest.“ Da ging Satan vergnügt und froh hinweg und richtete einen großen Sack her, in den er alle Westfalen steckte und dann in die Luft flog, um dieselben aus der Welt fortzuschaffen. Als aber diesen die Sache verdächtig vorkam, begannen sie zu knurren und bereiteten ihrem Träger soviel Last, daß er vor Müdigkeit auf einem Berge den Sack niedersetzen mußte. Kaum fühlten dieselben sich wieder auf festem Boden, als sie alsbald den Sack zerrissen und davon flohen, daß keiner seines Nächsten mehr gedachte, und so ist es gekommen, daß sie in alle Welt zerstreut wurden. Als aber Satan wieder zum Herrn kam, machte dieser ihm Vorwürfe und sprach: „Nun, was hast du thun wollen? Ich hatte dir die Westfalen gegeben, damit du sie aus der Welt fortschaffen solltest, und du hast sie im Gegentheil über die ganze Erde zerstreut!“ Jener aber: „„Halt' es mir zugute, Herr! Du kennst ja das Volk, wie hartnäckig es ist; weder auf mich noch auf dich wollen sie hören. Sieh, ich gebe sie zurück in deine Hände; mache mit ihnen, was dir gut dünkt.““

Läge etwas wahres in dieser Fabel, so müßte es nicht auf die Gläubigen, sondern auf die einst Ungläubigen gedeutet werden. Ich aber gebe einen andern Grund an. Es steht geschrieben: „Den Himmel gab er dem Herrn des Himmels, die Erde aber gab er den Söhnen der Menschen.“ Da also Westfalen vollreich ist und mehr Kinder zeugt, als es ernähren kann, so folgt daraus, daß andere Länder ihm als Besitzthum zufallen müssen, bis sie zu deren Ernährung hinreichend sind. Mit Recht schickt es also seine Gesandten in die Welt aus, damit es durch Rath und That ihnen ihr Erbe besorge und sie nicht durch der Einwohner Trägheit und Unthätigkeit verkommen.

Diese Gesandten aber sind von dreierlei Art, nemlich reiche, mäßig begüterte und arme. Die ersten, fein erzogen, nehmen goldgefüllte Börsen mit aus dem Vaterlande, und von ihnen ist eben nicht besonders viel zu rühmen. Es ist ja kein Wunder, wenn sie hoch emporsteigen, obgleich mehrere von ihnen die alten Hänschen bleiben oder

eodem, aut de die in diem fiant viliores parentibus suis. Secundi similiter crebro impediuntur, cum sint celsiores custodibus et pastoribus breviores, languent namque inter supremos et infimos; attingere illos non possunt, imitari istos erubescunt. Et quia obsequi displicet cum tempus est, sua consumentes, deinceps miseri et infelices remanent. Quod si fortuna indebita quid attulerit, rursus calenti stomacho tradunt, qui iamdudum molares saxeasque domos digerere assuevit, et sic in miseriam relabuntur pristinam. Ab his ergo matutinis dominis ac servis vespertinis Westphalia gloriam non habet, cum ipsi dedecus sint patriae, tametsi prima ipsis decus sit.

Sed nunc de aliis loquamur, quos prima suis moribus examinat ac velut ignis aurum probat, quatenus exacuatam spectabilem ipsam constituent. Hi sunt quibus prospera nulla concomitantur, parum aut nihil praeter corpora habentes, aut si quid possident, velut non possidentes se putant. Hos solennes legatos dixerim, quibus sola virtus in animo est, eo gloriosiores, quo non alienis laboribus, sed apostoli exemplo suis manibus transigunt vitam.

Ortum autem ipsorum videre placeat, et qualem concludant in orbe finem. Est ipsis in cunabulis agreste tugurium. Mox in pecore pascendo versatur infantile primordium; obduratas glebas plantae calcant, tenera membra cannabina vestis cingit, horrendus panis famem cum ptisana pellit. Supellex domus haec est. Lecti aut nulli aut straminei aut foeno duriores, linum crudum sive pannus hispidus pro vestitu; cacabus, olla, scutella, cochlear, sciphus, patella, tunna, sporta, spinda, cista ceteraque aut singula aut pauca et omni usui accommoda. Est unica hauriendis aquis urna deputata, sic lavandis pedibus parata, sicut praeparandis escis quotidiana. Capitis reus esset, qui observantiis his in aliquo obviaret. Haec est prima institutio legatorum nostrorum. Deinde cum solidata membra quinquennium transierint, velut otio priori

von Tag zu Tage gemeiner werden als ihre Eltern. Mit den zweiten will es auch nicht immer so recht voran, da sie sich etwas mehr dünken, als Küster und doch auch noch nicht Pastor sind, und so verkümmern sie zwischen den Höchsten und Niedrigsten; jene können sie nicht erreichen, und diesen gleichzuthun schämen sie sich, und weil sie nicht dienen mögen, da es noch Zeit ist, zehren sie das ihrige auf und bleiben elend und unglücklich. Wenn ihnen einmal ein unverdientes Glück etwas bringt, übergeben sie es gleich dem glühenden Magen, der längst schon Mühlsteine und steinerne Häuser zu verdauen gewohnt ist, und sinken dann ins alte Elend zurück. Von solchen, die am Morgen Herren und am Abende Knechte sind, hat Westfalen keinen Ruhm, da sie dem Vaterlande zur Schande gereichen, während es ihnen zur Ehre gereicht.

Doch, reden wir jetzt von den andern, die es erst nach seiner Weise prüft und, wie Feuer das Gold, bewährt, damit sie, gewisigt, es zu Ansehn bringen. Es sind die, welche keine Glücksgüter mitnehmen, die wenig oder nichts als ihre gesunden Gliedmaße haben oder, wenn sie etwas besitzen, sich nicht für Besizende halten. Diese möchte ich die wahren Gesandten nennen, die nur Tugend im Herzen haben und um so ehrenwerther sind, als sie nicht von der Arbeit anderer, sondern, nach dem Beispiele der Apostel, von ihren eigenen Händen leben.

Laßt uns einmal nach ihrer Herkunft sehen, und welches Ende sie haben in der Welt. Ihre Wiege steht in ländlicher Hütte. Früh ist das Hüten des Viehs der Kinder Geschäft; ihre Fußsohle tritt auf harte Schollen; die zarten Glieder deckt eine hanebene Kleidung; grobes Brod und dünne Suppe stillt ihren Hunger. Mit dem Hausrath ist es also: Keine Betten, oder doch nur härtere von Stroh und Heu; rauhe Leinwand oder grobes Tuch zum Kleid; Kessel, Topf, Napf, Löffel, Becher, Schüssel, Tonne, Korb, Spinde, Kiste und dergleichen, entweder nur je eins oder wenige und zu jeglichem Gebrauche dienend. Ein und derselbe Eimer dient zum Holen des Wassers, zum Waschen der Füße und zum Reinigen der täglichen Speisen. Es wäre ein Kapitalverbrechen, wenn einer in etwas von diesem Herkommen abweiche. So ist die erste Vorbereitung unserer Sündlinge. Wenn dann nach etwa fünf Jahren die Glieder erstarrt sind, legen sie, die frühere Beschäfti-

abiecto ad fortia manum mittunt, aratra, plaustra, rhedas ducunt, frumenta purgant, fimum exportant, et quidquid ad virile robur spectat, inchoare festinant.

Si autem ad scholas sors eos miserit, vacuis manibus abeuntes valedicunt parentibus et mirabili practica, nunc laborando, nunc mendicando, nunc studendo nedum divitibus aequè proficiunt, sed crebro praecellunt. Videres rem iocundam in puerili aetate, quomodo in exordio veris saccos dorso imponunt, ostiatim cantantes patria voce: Domine sancte Petre, flate in vestrum cornu, et reliqua, et hoc pro frugibus colligendis, quasi serendi opportunitas eos angariet. Rursum illis abiectis sportas resumunt rotundas, quas kypas vocant, villas vicosque rusticanos circuituri, ut ova ovantes congregent modulando: Surgite bona femina, date nobis ova, et cetera. Hoc quid aliud est, nisi sollicitudo futurae solennitatis, quae non rite colitur absque ovorum apparatu. Succedit tandem auctumnus, in quo ad rura confluent, spicas post terga metentium legendo, ut contra hiemis asperitatem de victualibus sint provisi. Agit haec sagax et industriosa natura sibi adhuc ignota, futurorum autem praenuntia, quasi ipso facto dicat: Dum plus potuero, etiam amplius et sollicitius laborabo. Quantae vero specimen probitatis emineat in bonis pueris ex hoc perpenditur, quod pauperculis parentibus, si tanta necessitas est, ex toto deliberant omne, quod aut mendicando aut laborando conquirunt, denuo ab eis formidolosius quaesituri, quibus egent, quam ab alienis. Nonnulli quoque, quos illa conditio urget, ter quaterque venundantur, nescientes quis primum eos per collum arripiat et in carcerem mittat, donec se redimant aut fideiussores ponant, ne a terra diffugiant. Et licet quibusdam mechanicis aliquanto meliuscule est, quam istis, omnes tamen una necessitudinis meticulosa catena percellit paventes ne gravis egestas senectam opprimat in locis non quaestuosis, ubi cessante facultate laborandi, qui nihil habet, nihil lucrari iuste poterit.

gung als eine Art von Müßiggang aufgebend, die Hand an Schwere-
res, führen Pflug, Lastwagen, Kutschen, reinigen Getreide, fahren Dünger,
kurz, alles was Mannskraft erfordert, hasten sie sich anzugreifen.

Bringt das Geschick sie auf Schulen, so sagen sie, mit leeren Hän-
den fortgehend, den Eltern Lebewohl, und mit wunderbarer Geschicklich-
keit, bald arbeitend, bald bettelnd, bald wieder studierend, kommen sie
nicht nur gleich gut voran, wie die Reichen, sondern überholen sie oft
noch. Es ist ein heiterer Anblick, wenn sie zu Anfang des Frühjahrs
ihre Säcke auf die Schulter nehmen und von Haus zu Haus in heiz-
mathlicher Zunge singen: „Heiliger Herr Petrus, blas' in euer Horn,“
u. s. w., und zwar um Korn zu sammeln, als ob die Zeit der Saat
sie dränge. Haben sie diese heimgebracht, dann greifen sie zu runden
Körben, Kiepen genannt, und gehen in Dörfern und Bauergehöften
umher, um Eier zu sammeln, singend: „Auf, gute Frau, gebt Eier
uns her“ u. s. w. Das geschieht aus Fürsorge für das herannahende
Fest, welches ohne Eievorath nicht recht sich feiern läßt. Und kommt
der Herbst heran, dann eilen sie in die Felder hinaus und lesen Mehren
hinter den Schnittern, um in der Strenge des Winters mit Mund-
vorrath versehen zu sein. So thut eine kluge, thätige, sich selbst noch nicht
kennende, aber die Zukunft verkündende Natur, als wollte sie damit
sagen: Wenn ich einmal mehr Kraft haben werde, dann werde ich auch
mehr und sorgsamer arbeiten. Wie brav diese guten Knaben sind, geht
schon daraus hervor, daß sie, wenn die Noth groß ist, ihren armen
Eltern unverkürzt alles abliefern, was sie durch Betteln oder Arbeiten
zusammenbringen, um sodann wieder von ihnen, mit mehr Scheu als
bei Fremden, was sie bedürfen, sich zu erbitten. Ja manche, die in so
drückender Lage sind, werden dreimal und viermal verkauft, nicht wis-
send wer sie zuerst beim Schopfe nimmt und ins Gefängniß setzt, bis
sie sich frei kaufen oder Bürgen stellen, daß sie nicht aus dem Lande
fliehen wollen. Wenn es nun auch manchen Handwerkern besser geht,
als diesen, so sind doch alle ohne Ausnahme in den Fesseln drohender
Noth befangen und müssen hange sein, Armuth werde sie im Alter
drücken, zumal in gewerbloser Gegend, wo der, welcher nichts hat, mit
dem besten Willen nichts erübrigen kann.